ELISABETH SCHONAUGIENSIS. GODEFRIDUS ADMONTENSIS. ANSELMUS CANTUARIENSIS. IVO CARNOTENSIS. INSTITUTA REGUM DE IMMUNITATE ET SACRILEGIO

4. Viertel 12. Jh. Seite 15r

Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36541
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift



ei specialiter dictum sit. quod tunc ad dexteram dei patris consederit. 15
tam de resurrectione ei dictum esse non iniuste credit. Quali
ter etiam dominus omnipotens filio suo consubstantiali sede dauid dede
rit. ipse post resurrectionem suam apparens discipulis sui in
sinuans ait. Data est mihi omnis potestas. in celo et in terra. De-
dit quoque pater eternus filio suo sede dauid in resurrectione.
et regnare cepit eternaliter in domo iacob in ascensione. Et reg
ni inquit eius non erit finis. tam in presenti uidelicet ecclia. quam
illa que post iudicium in uera eternitate erit colligenda.
Cum quoque angelis nunciis ille futurum filium dei uenturum quandoque
incarne. regnaturum predicaret in domo iacob in eternum. in
tellexit beata maria. ut uere sapientissimi salemonis filia.
que iam eterni patris sapientiam in se concepit. impleniu esse
quandoque rei ueritate. quod dudum in figura et in enigmate.
quod uidelicet sicut dudum iacob fratris sui esau supplantator exti
tit. sic nunc in uocatione gentium. populus iudeorum supplantari
debuerit. Unde licet de tam inaudita angeli salutatione
tam salutifera promissione. in spiritu exultaret mentis sue. sciens
peccul dubio quod desiderat ille cunctis gentibus. preceptione
generis humani de se erat nasciturus. cognoscens tamen exui
bis angeli gentem suam plebem iudeorum eiciendam esse de misericor
dia. ut erat semper pietatis et misericordie uisceribus plena. cepit q-
dam in mereri. et quasi iustior esse. et quomodo hoc fieri posset. plenius
cognoscere uolens. mox inquisiuit. Unde et sequitur. Dixit au
tem maria ad angelum. Quomodo fiet istud quoniam uirum non cognosco.
Ac si aperte diceret. Quomodo. i. quali modo id fieri poterit.
ut eterni patris ille unigenitus. qui me uti dixisti psalmi
hominum est nasciturus. cum totum mundum prompti sit salua
re. gentem suam. hereditatem inquam peculiarem. plebem uidelicet
iudaicam. a consortio salutationis eterne habeat exclu
sam. gentemque aliegenam. a cognitione diuini nominis pr
sus extraneam dilectam sibi faciat. et saluti proximam. Adhec